



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Theodōritu Episkopu Kyru Kai Eyagriu Scholastiku Ekklesiastikē Istorìa, Eklogai Apo Tōn Istorion Philostorgiu Kai Theodōru

Theodoretus <Cyrrhensis>

Mogvntiae, 1679

XIX. De Cyrillo Praeposito Monasterii Acaemitensium: Quomodo Romam ad Felicem quosdam direxerit, incitans illum ut ea, quae adversus fidem commissa erant, ulcisceretur.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14162

factorum canonum præscriptum, Felix Vitalem ac Misenum Episcopos ad Zenonem misit, poscens ut Chalcedonen-  
sis Synodus firmaretur, & Petrus tan-  
quam hæreticus expelleretur: utque  
Acacius Romanum mitteretur, rationem  
redditurus eorum, quæ Joannes cujus to-  
ties mentionem fecimus, ei objiciebat.

## CAP. XIX.

*De Cyrillo Præposito monasterii Acanitensium, quomodo Romanum ad Felicem quosdam direxerit, incitans illum ut ea, quæ adversus fidem commissa erant, ulcisceretur.*

**S**ed priusquam isti ad urbem regiam venissent, Cyrillus Acanitensium monachorum Præpositus, quosdam cum litteris ad Felicem misit, de ejus cunctatione conquerens, cum tam gravia adversus rectam fidem committerentur. Felix itaque ad Misenum & collegas ejus scripsit, ne quidquam agerent, priusquam cum Cyrillo essent collocuti, & ab eo quid agendum esset, didicissent.

## CAP. XX.

*De iis, quæ Felix ad Zenonem, & Zeno ad Felicem scripsit.*

**S**cripsit etiam Felix alias ad eosdem communitorias. Litteras quoque dedit ad Zenonem, quibus eum commonebat, tum de Chalcedonen-  
sis Synodo, tum de persecutione, quæ in Africa excitata fuerat ab Hunerico. Scripsit item ad Acacium. Imperator autem Zeno rescripsit Felici, frustra illum perturbatum esse verbis Joannis, quippe qui olim quidem jurasset se Alexandrinam sedem nullo unquam modo ambiturum esse: postea verò neglecto jurejurando, nullum non sacrilegii genus admisset. Petrum portò non absque diligenti examine promotum fuisse: quippe qui propria manu subscripsisset, amplecti se fidem trecentorum atque octodecim sanctorum Patrum, qui Nicæani olim conven-  
nerunt: quam fidem Chalcedonen-  
sis quoque Synodus comprobavit. Verba epistolæ Zenonis hæc sunt: Pro certo habere debes, & pietatem nostram, & supra memoratum sanctissimum Petrum, & universas sacrosanctas Ecclesias, sanctissimum Chalcedonente Concilium amplecti atque venerari, quod cum fide Concilii Nicæni prorsus consentit. In

Ζήνωνα βίβαλιον καὶ μισῶν ἐπίσκοποι, ἐπὶ τὴν ἐν καλχηδόνι συνόδον κρείων, ἀπελευθέρησά τε τὸν πέτρον ὡς ἀίρετικόν, καὶ ἀκάκιον πεμφθῆναι πρὸς τὸν φίλωνα, ὡς ἐναντίας ἐπολλάκις ἐμνήσθημεν ἐνάγοι, τὰς δι' αὐτοὺς παρέξοντα.

## Κεφ. ιθ'.

Πεὶ κύριλλου ἡγουμένου τῆς ἀκοιμητῶν, ἔπεμψε μιν ἀπίσειν πρὸς φίλωνα τινὰς, ἐνάγον ἀπὸ τῆς ἐκδιηροῦ τῆς μαρμαρίων κατὰ τῆς πίστεως.

**Π**ρὶν ἢ ὅτε τοῖς φθίνα τιμω βασιλεύων κύριλλου ὁ τῶν ἀκοιμητῶν καλχηδωνῶν ἡγούμενος, σέλλῃ πρὸς φίλωνα, κατὰ μὲν φέροντα τιμω βραδύτητα, τῆς αἰτίας καὶ τῆς ὀρθῆς πίστεως ἀμαρτυρομένων, καὶ γράφει φίλωνα τοῖς ἀπὸ μισῶν, μηδὲν πρὸς ξα πρὶν τῷ κύριλλῳ συνιύχοιεν, καὶ παρ' αὐτῶν τὸ πρᾶξιόν μαθεῖεν.

## Κεφ. κ'.

Πεὶ ἀνέγραψε φίλωνα πρὸς ζήωνα, καὶ αὐτὸν πάλιν πρὸς φίλωνα.

**Γ**εγόνασι πρὸς αὐτὸς καὶ ἕτερα πρὸς φίλωνα ὑπομνηστικά, καὶ πρὸς τὸν ζήωνα γράμματα ὡς ἐπὶ τῆς ἐν καλχηδόνι συνόδῳ, καὶ τῆς ἐν ἀφελικῇ διωγμῶν κατὰ τὸν ὄντως ἐπέσειε δὲ καὶ πρὸς ἀκάκιον πρὸς ὃν ὁ ζήνων ἀνέγραψε, μάλιστα τὸν ἰωάννην αὐτὸν διαταράξαι, διομοσάμενος μηδὲν μηδὲν ὡς παρῆναι διὰ τῆς ἐξουσίας τῆς ἀλεξανδρέων, παραδόντα δὲ καὶ τὰ ὡμοσμένα ἀλογήσαντα, πάσαι ἱεροσουλίαν ἐργασάσθαι καὶ πᾶσαι δὲ μὴ ἀβασανίστως περχειρῆσθαι, ἀλλὰ ἀποτοχεῖν ὑπογράφοντα δέχουσι τὴν πίσιν τῶν τριακοσίων δεκαοκτώ ἁγίων πατέρων τῶν ἐν νικαίᾳ συνελθούσων, ἢ τῶν καὶ ἐν καλχηδόνι ἁγία συνόδῳ κληθέντων καὶ ταῦτα γέγραπται ἐπὶ ῥήματι. ὁ φίλων ἀσφαλῶς ἔχειν, καὶ τὴν ἡμετέραν δισέβειαν, καὶ τὸν ἀσεβῆτα ἁγίων τῶν ἐπέτρον, καὶ πάσας τὰς ἀγλαίας ἐκκλησίας, τὴν καλχηδονέων ἁγία συνόδον δέχουσι καὶ σέβειν, ἢ τις συνιῇ τῇ πίσει τῇ ἐν τῇ νικαίᾳ συνόδῳ ἐμψύχῳ.